Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1210
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



grauí uiquitate, semi
ni nequam filiis sceleratis. Hec dicit dominus.
℟ Aspiciebam
alonge ecce uidi
dei potentiam ue
nientem et nebu
lam totam terram
tegentem. Ite obuiam ei et
dicite Nuntia nobis si tu
es ipse Qui regnaturus es
in populo israhel ℣ Audite
qui terrigene et filii homi
nes simul in unum diues et
pauper. Ite ℣ Qui regis
israel intende qui deduis ue
lut ouem ioseph qui sedes
super cherubyn. Nuncia ℣
Tollite portas principes ue
stras et eleuamini porte
eternales et introibit Qui
regnaturus ℟ Aspiciens
Derelinquunt dominum
blasphemauerunt sanctum israel
alienati sunt retrorsum.
In quo percutiam uos ultra
addentes preuaricationem Omne
caput languidum et omne cor
merens a planta pedis us
que ad uerticem non est in eo sa
nitas Vulnus et livor et pla
ga tumens non est circumligata
nec curata ligamine medica
mine nec fota oleo Terra
uestra deserta; et ciuitates
uestre succense igni. Regionem
uestram coram uobis alie
ni deuorant et desolabitur
sicut in uastitate hostium. ℟
Aspiciebam in uisu noc
tis et ecce in nubibus celi filius
hominis uenit et datum est ei regnum
et honor et omnes populi tri
bus et lingue seruient ei.
℣ Ecce dominator dominus
uirtute ueniet et datum.
Et relinquet filia syon
ut umbraculum in
uinea et sicut tugurium
in cucumerario. et sicut ci
uitas que uastatur. Et nisi
dominus exercituum reliquisset
nobis semen qui sodoma
fuissemus et qui gomorra si
miles essemus. Audite uer
bum domini principes sodoma
rum auribus percipite legem
dei nostri populus gomorre.
Quo mihi multitudinem
uictimarum uestrarum dicit dominus.
Plenus sum. Hec. ℟ Ma
ns est gabriel angelus ad ma
riam uirginem de sponsata
ioseph nuntians ei ibum et re
pauescit uirgo de lumine. Ne ti
meas maria inuenisti gratiam
apud dominum. Ecce concipies et pa
ries et uocabitur altissimi fi
lius Ecce Inuitatorium. Ora est ℣ Luce
iam nos de somno surgere